



D E
N E G L I G E N T I I S,
E T
O M I S S I O N I B U S
T R A C T A T U S

P R Æ F A T I O.



Infectaturus Negligentiam, quæ eruditionis noverca est; *c. Nihil dist. 83.*, & in populis, ac turbis multa, *c. Nec sufficere 8. q. 1.*, ita ut vix caduca, labilisque hominum vita, sine hujusmodi negligentis transigi queat; *Menoch. de arbitr. Jud. C. 429. num. 6.*, & nullus effugiat hoc vitium, *Fontanell. decif. 289. num. 10.*, ideo iis, qui ceteris præsumunt, detestatur Deus in Sacris Scripturis, tamquam ex ea populorum perniciet, & infectio sequatur, ex quo Veritatis magister dicat *Math. 13.*, tunc errorum superfeminatam fuisse Zizaniam in medio tritici, quando somno negligentie præsidet præmerentur, teste *Aug. in lib. 99. Euang. C. 11. Tom. 4.*, & Sacrorum Canonum tuba Prælatorum negligentiam non sicco vestigio, aut novo neglecto dimittendam, sed per alios omnino suppleendam toto tit. de supplenda negligentia Prælatorum, nostris auribus incessabili perstrepet sonitu, ut omnes à somno negligentie, desidiæ, & pigritie excitet, ac ad pretiosos laboris, diligentieque fructus parandos in perpetuam degustandos æternitatem convocet.

Cumque pigritiam, & negligentiam non perturbare, sit approbare *c. error. dist. 83.*, quod non solum verificatur de iis, qui quomodolibet præsumunt, & propter negligentiam potissimum acriter sint corripendi, & officio, tamquam omnino indigni, ac inhabiles privandi *c. dictum distinc. 81.*, quia multam sepe nutriunt pestilentiam, dum negligunt, & sibi, & aliis adhibere medicinam, *c. Inferiorum dist. 86.*, & tanto scelere commaculentur, ut propter solam negligentiam veniant excommunicandi, ut observat *glos. per tex. ibi in C. placuit XI. q. 3.*, sed de omnibus, qui corrigere possunt, maxime Sacerdotibus dixit *glos. in d. C. error per tex. in C. tam Sacerdotes 24. q. 3.*, & potissimum de Doctoribus, qui dicuntur sal terre *Math. C. 5.*, ubi *Aug.* cum vos elegerit Deus, per quos errores auferat ceterorum.

Ne igitur ego videar silentio approbare tantum, & adeo frequens vitium in populo, atque cum negligentibus infatuari, tum etiam pro meis præteritis negligentis spontaneum iudicium subiturus, ut mitius puniar *c. non dicatis 12. q. 1.*, *C. in primis 2. q. 1.*, *Tiraquel. de pœnis temper. causa 30.*, *Farinac. q. 81. num. 172.*, tum quoque, ut mihi, & aliis prodesse possim, quantum summa Dei bonitas, & sapientia donabit, cui soli honor, & gloria. *1. ad Timot. 1.*, Tractatum hunc de negligentia scribere exordior.

ARTICULUS I.

Quid, & quotuplex sit Negligentia.



Antiquioribus sapientibus Negligentia huiusmodi libratur figuris, feminei sexus, scilicet, veste lae- cerea, incompta coma, ter- re jacens, horologium in- versum tenens, ita ut arenę non esset motus, eique proxima locabatur testudo, ut in sexu animi vilitas, in ceteris externorum bono- rum deficientia, temporis iactura, sine men- sura, operis tarditas, sensibili stemate hu- mano obiiceretur obtutui, quo rationalis animus in Negligentię fugam excitaretur, in huiusmodi Vitii Odium incalesceret, & una cum Accidia sorore illius eliminaret ab Urbe, exterminaret ab orbe.

2 Ut autem a nominis Ethimologia inci- piat explicatio, Negligens dicitur, quasi non eligens secundum *Isidorum lib. etimolog.* quate- nus, qui negligit, non eligit finem, aut me- dia necessaria ad finem consequendum, sed quadam pigritia omittit, & negligit, quod sibi fructuosum, aut necessarium; & su- pra scripto argumento a suo contrario, nem- pe a diligentia, quasi diligens sollicitudinem, studium, laborem Negligentia verò non di- ligens ea, sed otio marcescat.

3 Quo verò ad definitionem, hanc dif- ficilem dicit *tex. in l. mora ff. de Usuris*, attamen a D.D. pluribus modis definitur, licet omnes definitiones apponende ferè in idem recidant, definitur enim a *D. Thom. 2. 2. q. 54. art.*, quod sit defectus debitę sollicitudi- nis, a *Divo Greg.* cum quò sensit idem *D. Thom. super art. 2.*, quod sit quędam pigritia, vel torpor ad accidiam pertinens, vel dicitur rationis cunctatio inefficaciter operando: *Bar- bosa in Collect. Juris ad Rub. de supplenda negli- gentia Prælat.*, & *de officio, & potestate Epif- copi alleg. 126. num. 1.*, est omissio ejus, quod fieri potest, & debet, ut definit *Goffredus in summa rub. de supplenda negligentia Prælat.*, *Lessius de Just.*, & *Jure lib. 1. c. 2. num. 19.*, ubi, quod opponitur virtuti prudentię, *D. Thom. 2. 2. q. 54. art. 2. in corpore*, *Bartol. ve- rò in l. quod Nerva num. 7. ff. apposti*, repro- bata Petri definitione, dicit negligentiam esse

deviationem ab eo, quod bonum est, quod per diligentiam hominis potuit prævideri, vel tandem definitur negligentia, quod sit se- gnitias, & fuga operationis ex timore laboris (sumpta tamen negligentia pro ignavia, & segnitie, pro ut *D. Thom. 1. 2. q. 41. art. 4. ad secundam*, de qua *Ovid. canit* (cernis, ut ignavum corrumpant otia corpus) in hoc sen- su verò potius definitur speties negligentie, quam genus.

4 Ex allatis definitionibus, quia clarior est ea, quam tradidit *Goffredus*, ideo eam ex- plicabimus, dicitur ergo negligentia, omis- sio ejus quod fieri potest, & debet.

Noto primò ex eo quod est omissio, patet quod negligentia incurritur per actum nega- tivum omittendo, non committendo, & in- fra erit examinandum suo loco, utrum sit gravius delictum, quod consistit in omittendo, vel committendo.

Noto secundò quod ex eo, quod consistit in omittendo, negligentia ut plurimum est cum mora *c. finali de elect.*, *c. quia diversita- tem de præbendis*, *c. si compromissarius de elect.* in 6., nam mora est delictum negligentie *l. mora ff. de Usuris*, *Cagnol. in l. in omnibus obli- gat. 14. num. 5. ff. de reg. Jur.*, sicque omnis negligens morosus dicitur, seu qui est in mora *c. ultimo de elect.*, quod intellige de negligenti- a formali, non materiali, de qua infra n. 9., secundum quàm distinctionem intelligen- tur, quod tradit *Barbosa ad l. si mora n. 104. ff. solut. matrim.*, quod plus nocet mora, quam negligentia, intellige de materiali *per tex. in l. fideicommissaria §. si hæres ff. ad S. C. Tre- bell.*, ubi de negligentia in petendo, quæ in facultativis est tantum materialis.

5 Potest tamen dari negligentia seorsim a mora, quatenus quis non præparavit, quę erant paranda pro aliquo negotio, pro ut di- stingvit *Rota Genue decis. 205. num. 12. post glos. ibi.*

6 Noto tertio quod dicitur (ejus, quod fieri potest), quia negligens non est, qui pote- statem non habuit experiendi: *c. quia diversita- tem de concess. Præb.*, *c. Placuit, c. de quarta præscript.*, *glos. in c. final. in vers. currit de elect.*, *Cagnol.*

Cagnol. in l. 14. num. 5. ff. de reg. Jur., nam qui impeditus est, culpa caret, & conse- quenter neque negligens est *l. culpa caret*, qui scit, sed prohibere non potest *50. ff. de reg. Jur.*, Tanto magis si impedimentum proveniat factò adversarii, *Rota coram Celso decis. 260. num. 14. p. 10. recent.*, ita non po- tens agere non dicitur negligens, neque ei- dem currit tempus, *Foler. præf. censual. vers. huiusmodi num. 97.*, *Surd. Decis. 32. num. 9.*, *Gabriel. lib. 1. consil. 47. num. 16.*, *Cencius de censib. p. 3. c. 1. q. 8. art. 2. num. 22. 23. 24.*, *Cavaler. decis. 213. nu. 5.*, & *Rota decis. 193. num. 19. p. 10. Recent.*, & regulariter impos- sibilitas excludit omnino negligentiam, *Cagnol. in d. l. 14. num. 5. de reg. Jur.*

7 Ita non potest præscribi servitus con- tra eum, qui non potest impedire, *Cavaler. decis. 213. num. 5.*, Ubi quod, qui non est negligens, non potest lædi temporis cursu.

8 Quod tamèn fallit, si potuit impedi- mentum tollere *d. c. final.*, & ibi *glos. in d. vers. currit de elect.*, *Antonell. de tempore legali lib. 1. c. 15. num. 4.*, *Baverius de mora p. 1. n. 15.*, ex quibus deducunt communiter D.D., quod negligentia non nocet, non potenti om- nimodè agere, *reg. imputari de reg. Jur. in 6.*, *Foler. præf. censual. vers. huiusmodi num. 97.*, aliique supra allegati, e contra verò culpa reputatur non facere omnia, quæ oportebat *l. qui occidit 30. §. fin. ff. ad l. Auil.*, nec excusatur, qui non facit diligentiam, quàm poterat, *ad tex. in l. Julianus 41. §. final. ff. de legat. 1.*, *Perez de Lara de annivers. & capell. lib. 1. c. 20. num. 62.*, & *seqq.*, debet tamen impeditus protestari de impedimento, post diligentias præstitas. *Imola in c. cupientes §. quod si per 20.*, & ibi *glos.*, & *Dominic. de Sancto Gemin. de elect. in 6.*, fallit tamen, quod scilicet non requiratur protestatio, si impedimentum sit notorium, & manifestum, ut post plures notat *Baverius de mora p. 1. n. 13.*, & vide infra de negligentia electorum. Quid autem si propria culpa incurrisset impedi- mentum, an incurrat negligentiam, si revera nequeat impedimentum tollere, licet videretur dicendum, negligentiam incurre- re, & pœnas, ne ex suo delicto commo- dum reportet, tamen non incurere est *tex. expressus in cap. quia diversitatem de concess. Præ- bende*, ubi quod tempus sex mensium non currebat Episcopo Eborensi, licet propria culpa suspenso. *Antonell. de tempore legali lib.*

3. c. 16. num. 8.

9 Noto quartò, quod negligentia latius patet; quàm mora; nam hæc non est sine dolo, aut culpa lata ad tradita per *Barbos. in l. si mora num. 1. digest. solut. matrim.*, ne- gligentia verò potest esse cum culpa levi, aut levissima.

10 Noto quintò, quod dicitur, (& debet), quia in hoc negligentia fit culpabilis, quod omittat, quod facere debet, aliquo genere obligationis, vel necessitatis, vel impostæ a lege Divinâ, aut Naturali, aut Humana, vel ab homine in contractu: *Rota in Romana legitime 9. Junii 1614. coram Damasceno, quę est decis. 621. num. 3. p. 1. Recent.*, *Coccin. decis. 2179. num. 1.*, Undè si Judex assignat ter- minum ad aliquid agendum, si debens agere negligat, eidem talis negligentia nocet, *Seraphin. decis. 220. num. 2.*, *Cavaler. decis. 329. num. 3.*, Hinc est, quod in rebus suis negli- gentia non imputatur, simpliciter loquendo, quia in rebus suis nemo tenetur adhibere ta- lem, aut tantam diligentiam, cum in re- bus suis unusquisque sit moderator, & ar- biter *l. in re C. mandati, l. sed & si §. consul- vit ff. de petit. hæred.*, nisi sit debitum hone- statis naturalis; hinc est quod omissio ejus, quod non est debitum, aut quod non est con- tra leges, bonos mores, honestatem natura- lem &c., non dicitur negligentia, nec im- putatur; *Hostiens. summa de supplen. neglig. Præ- lat. num. 1.*, sic *D. Thom. 2. 2. quæst. 54. art. 1. ad tertium*, notat culpam in eo esse, quod prætermittatur actus debitus; Sicuti nec negli- gentia debet imputari, ubi diligentia nihil proficeret *l. fin. §. si ea conditione ff. ad l. Rho- dian. de jactu. Bellet. disquis. cleric. tit. de disci- pl. clerical. §. 20. num. 15.* *Azorius p. 1. Instit. lib. 4. art. 3. vers. sexto queritur.*

11 Quo ad secundam partem quæsti pro- positi, scilicet quotuplex sit negligentia.

Primò dici potest, quod negligentia sit ge- nus; quod in plures species dividitur, nem- pe Otium, Pigritiam, Accidiam; deindè multiplex est negligentia, sicuti multiplex est culpa, quæ in negligentia contingit *c. si compromissarius de elect. in 6.*, sicut ergo culpa triplex est secundum communem D.D. acce- ptionem, lata, levis, & levissima, ita tri- plex negligentia distinguitur, quæ iisdem no- minibus potest designari *l. 1. §. is quoq; ff. de actionibus, & obligat.*, hinc est, quod negli- gentia lata, quæ etiam dicitur magna, l.

magna negligentia de verb. signif., ibiq; Alciat., sicuti & culpa lata æquiparatur dolo, non quidem in committendo, sed in omittendo, qui levior meretur pœnam, *Tiraquell. de pœnis temper. causa 44.*, *Farinac. q. 18. num. 22.*, & 23., quod tamen patitur suas fallentias, pro ut infra.

12 Secundò dividitur negligentia nempe quæ procedat ex ignorantia, alia verò sit scientiæ, & cognitioni conjuncta, & hæc culpabilior illa, ac graviore pœna digna, quod docuit Christus Dominus *Lucæ 12. ibi* (ille autem servus qui cognovit voluntatem Domini sui, & non se præparavit, & non fecit secundum voluntatem ejus vapulabit multis, qui autem, non cognovit, & fecit digna plagis, vapulabit paucis), ex quibus colligere est, quod negligentia proveniens ex ignorantia, de se sola non est culpabilis, non enim dicit (qui non cognovit, & non fecit vapulabit), sed dicit, (& fecit digna plagis propter quæ vapulabit), & idè quod ignorantia excludat negligentiam, dixit *Rota coram Greg. inter ejus impressas decis. 369. nu. 6.*, *Rota in Ravennaten. Salvian. coram Gbisterio decis. 541. num. 40. 41. Tom. 2. p. 5. Recent.*, ubi quod ignorantia facti præsumitur ad excludendam negligentiam, & ejus effectum, & in *Spoletana beneficiorum coram Mantica decis. 529. num. 3.*, inter novissimas *Farinac. collectas*, ubi quod ante scientiam vacationis beneficii, non potest cuiquam negligentia imputari, per *tex. in c. quia diversitatem in fine, de concess. præben. c. licet de supplenda neglig. Prælat.*, *Fermosin. ad rubr. de supplenda negligentia Prælat. num. 7. 8.*, *Tusc. in 5. Negligens concl. 31.*

13 Fallit tamen nisi, & ipsa ignorantia esset culpabilis, voluntaria, crassa, & affectata, de qua *Psal. 35.* (nolluit intelligere, ut benè ageret) idest quomodo benè egeret, quæ est ignorantia voluntaria, & *Psal. 24.* (delicta juventutis meæ, & ignorantias meas ne memineris) ubi (delicta), idest (derelicta), & omissa ex ignorantia, interpretatur *Michael Aigvan*, alias Incognitus, de qua pariter *Job: 21. ibi* (recede à nobis scientiam viarum tuarum nolumus.)

14 Fallit secundò, in ignorantia aliquo modo culpabili, & vincibili, ut exemplificat *Farinac. q. 10. nu. 13. in Fisco*, contra quem currit præscriptio, licet ignoret delictum fuisse commissum, quando potuisset cognoscere,

si debitas fecisset diligentias, secus si delictum ita esset occultum, ut per nullam humanam diligentiam potuisset cognosci.

15 Tertio dividitur in materialem, & formalem; illa est, qua quis pro libito omittit aliquid de sibi competentibus, absque quo ulli faciat injuriam, veluti qui negligit uti privilegio, rescripto, gratia, quibus prohibito, quisque cedere potest, *c. si autem, c. plerumque de rescriptis, c. si Clericus de Præb.*, & *dignit. in 6.*, *Casus est in l. fideicommissaria §. si hæres ff. ad S. C. Trebell.*, ubi fideicommissarius non petit hæreditatem, cum possit, & sibi præjudicat, quatenus non lucratur fructus, quos lucraretur, si diligens peteret; ita pariter, qui habet pecuniam in arca, & non exercet mercaturam, cum possit non tamen debeat, dicitur negligens negligentia materiali, & lucrum non reportat, quod diligens reportaret; Negligentia verò formalis est ea, quæ definita ut supra, scilicet, qua quis omittit id, quod facere debet, & potest, quàm distinctionem commemorat *Aug. Barbosa collect. Jur. ad rubr. de supplenda neglig. Prælat.*

16 Dividitur quartò negligentia, quod alia sistat in intellectu, & voluntate, & contingit, quando quis adeò negligens est, ut neque mentem applicet, nec cogitet, quid sibi necessarium, bonum, utile eligendum, aut malum fugendum, & non eligit media necessaria ad id, quod facere debet, & potest: Alia verò negligentia sit de extrinseco opere, putà quando quis benè cogitaverit, quid sibi faciendum, quibus mediis, attamen, labore perteritus ex quadam accidia, & pigritia negligit exequi cogitata, undè totus defectus, & negligentia est de opere externo, ita distinxit *Lessius de Just. & Jur. lib. 1. c. 2. num. 19. vers. quarta est*, ubi pariter notat, quod negligentia, quæ sistit in intellectu opponitur virtuti prudentiæ, quia ubi hæc cogitat maturè quid faciendum, illa hujusmodi intellectualem operationem negligit; Negligentia, quæ est de opere externo, opponitur illi virtuti, de cujus genere erat opus exequendum, ut qui negligit die festo audire Sacrum, peccat negligentia, quæ est contra religionem, & obedientiam, qui negligit facere opus Justitiæ, peccat contra Justitiam.

17 Potest, & negligentia dividi, sicuti dividitur mora, quod alia sit irregularis, & alia

alia regularis, prima contingit, quando unus ex contrahentibus implevit ex parte sua, quod promiserat, alter verò neglexit; Negligentia verò regularis est, quæ ex interpel-

latione judiciali, vel extrajudiciali, vel certi diei lapsu contrahitur, ad notata per *Rodericum de annuis redditibus lib. 3. quæst. 7. num. 91.*

ARTICULUS II.

Quis dicatur Negligens.

Dicitur regula, quod negligens dicitur quicumque omittit ea, quæ ad suum munus spectant, *c. pervenit dist. 84.*, & sicuti in definitione diximus, quod negligentia est omissio ejus, quod facere potest, & debet, ita ut quis dicatur negligens, requiritur, ut omittat quod facere possit, & debet, *Rota in Neritonens. pensionis coram Bononiens. decis. 352. p. 2. tom. 3. num. 4. Recent.*, *Bartol. cons. 102.*, *Mascard. de Probat. concl. 1093. num. 5.*, *Cagnol. in l. 1. nu. 5. de reg. Jur.*; Si verò non operatur quod debet, quia non potest, cum ei non imputetur, nec ideò dicitur negligens *c. imputari de reg. Jur. in 6.*; Nec liberatur quis ab incurfu negligentie, si antea fuerat diligens, sed in sua diligentia non perseveraverit, quia ex nova omissione fit, & dicitur negligens, negligentia enim subsequens tollit, & evacuat effectum sollicitudinis præcedentis *l. si finita §. item videamus ad finem ff. de dam. inf.*, idè qui debet obtemperare præcepto, & eidem non stetit, & illicentiatu recessit, negligens dicitur, & existens in mora, est pena dignus, quia ultima mora punitur *Speculator p. 2. tit. de expens. §. postremo num. 17.*; Et magis nocet posterioris negligentia, quando plures sunt negligentes, quam prioris, sicuti, & posterioris mora magis est punienda, & culpabilis *Azor. Inst. moral. p. 3. lib. 8. c. 26. Vers. si autem uterq;*, *Reginald. lib. 25. num. 352.*, nisi prioris negligentia, & mora fuerit causa negligentie posterioris.

2 Disputant Sacri Theologi, an ad hoc ut omissio sit voluntaria, semper requiratur obligatio præcepti ejus, quod omittitur, de qua difficultate videndus est *Aversa post D. Thom. in p. 2. q. 6. sec. 6.*, & affirmat posse esse voluntariam omissionem, absque quo sit de re præcepta, quo casu non tenebatur, agere id, quod omisit. Verum nos non fo-

lùm quærimus de omissione voluntaria ut sic, sed etiã imputabili ad culpam, ad quod semper requiritur, ut omittat agere id, quod tenebatur, & à Theologis appellatur omissio moralis, ubi omissio ejus ad quod non tenebatur, appellatur ab eis simplex omissio phisica: *Aversa loco supra citato Vers. dico 2.*

3 Dictum est, quod negligens dicitur, si omittat id, quod facere poterat, impotentia autem potest oriri ex pluribus capitibus; Primò à Jure, putà, quia nondum accessisset dies solutionis, quo casu, etiam si sit orta, tamen nequit actio exerceri, *l. cedere diem 213. de Verbor. signif.*, *Rota in Cesareaugustana Pensionis 13. Aprilis 1592. coram Panphilio impressa apud Marchesian. de commiss. tom. 1. fol. 606. num. 2.*; Secundò capite impotentia oritur ex facto, putà carceratione, absentia, aut alio casu, & impedimento, non currit tempus, *Antonell. de tempore legali lib. 1. c. 15.*; Tertio si ignoretur sibi actionem competere, ut ostendit *Lothar. de re benef. lib. 1. q. 39. num. 121.*, & seq; *Rota decis. 541. n. 40. tom. 2. p. 2. Recent.*; Ideò requiritur scientia, alioquin non incurritur negligentia, ut ad incurrendam præscriptionem, qui est effectus negligentie requiritur scientia; Hinc etiam est quod dubitans non dicitur negligens si propter dubium omittat operari, quod deberet, ut dixit *Rota decis. 636. p. 4. divers.*, & *coram Royas in Barchimonen. Canonic. 22. Febru. 1646.*; At quia pariter superiore articulo vidimus, quod ad negligentiam requiritur mora, quia mora est effectus, & delictum negligentie; *Cagnol. in l. 14. num. 15. ff. de reg. Jur.*, nunc videndum est, qualis, & quanta debeat esse hæc mora, ut morosus dicatur negligens.

4 Distingvendum est in hoc articulo, vel enim, tempus est determinatum à Jure, vel ab homine, putà in contractu, conventionne, vel præcepto superioris, vel tempus est inde-